



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apis Argvmentosa P. Georgij Schrötelij

Schröteli, Georg

Coloniæ Agrippinæ, 1633

Sanctvarivm Dei. a. Tabernacvlvm Foederis. b. Tabernacvlvm Dei Cvm
Hominibvs. c. Altare Thymiamatis. d. Propitiatorivm Altissimi. e. Arca
Testamenti. f.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46515)

SANCTVARIVM DEI. 243

SANCTVARIVM DEI. *a*
TABERNACVLVM FOE-
DERIS. *b*

TABERNACVLVM DEI CVM
HOMINIBVS. *c*

ALTARE THYMIA-
MATIS. *d*

PROPITIATORIVM ALTIS-
SIMI. *e*

ARCA TESTAMEN-
TI. *f*

Quære in Lauretanis, Tit. Fœderis
Arca. fol. 112.

COniungo hæc omnia; quia partim
Synonyma sunt; partim ita quoad
L 7 vsum

a Exo. 10. *b* Item 25. *c* Apoc. 25.
d Exod. 30. *e* Item 25. *f* Ibid.

ysum coniuncta, vt vnum sine alio vix rectè explicari possit. Pleraque ex ijs intelligi possunt, quæ in Lauretanis de fœderis Arca diximus. Subiungo pauca de Altari Thymiamatis.

In hoc Altari de lignis Sethim purissimo auro conuestito, quotidie mane & vesperi, thymiana suauissimi odoris adolebatur. Hoc adumbrabat cor Mariæ, in quo quotidie, manè, & vesperi, suauissimè fragrans thymiana ad Deum ascendebat, quo Deus, & omnes Angeli vehementer recreabantur, & omne genus demoniorum extricabatur, dum variæ virtutes eius flagranti charitatis igne succensæ fragrabant. Vnde merito Deipara de se dicere poterat: *Sicut Cynamomum & balsamum aromatizans odorem dedi, a quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris: & quasi storax, & galbanus, & vngula, & gutta &c.* b Hinc:
S. Bo-

a Eccli. 24.

b In spec. 67.

S. Bonaventura, Odor, inquit, *Mariae fuit sicut Cynamomum, in cortice conuersationis; & sicut balsamum interius, in vnctione deuotionis; sicut myrrha in amaritudine castigationis &c.* Et S. Bernardus super verba illa, *Spiritus S. superueniet in te; dicit pretiosum illud balsamum tanta copia, & plenitudine tibi influet, O Virgo, vt copiosissime effluat circumquaque.*

Earundem Virtutum Deiparæ fragrantia insinuatur per Virgulam fumi, ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij. a hæc Virgula Deum petens sursum fumabat, & per Virtutes charitatis igne succensas mirè fragrabat. Ita Sophron. de Assumptione.

S. Bernardus meditatur etiam ante incarnationem Christi simile de B. Virgine. b *Nam cum esset Rex in accubitu suo, Nardus Virginis, inquit, dedit odorem suum, & ascendit in conspectu gloriae eius, fu-*

mus.

a Cant. 3.

b Super missis.

mus aromatis, & inuenit gratiam coram oculis Domini &c.

Petrus Damianus, a *Vniuersus*, inquit, *puluis pigmentarius in Virginem coniectus est quia in ea Virtutum conuentus reuerendum sibi thalamum consecrauit; etsi cæteros per partes spiritus afficit, Maria tamen tota plenitudo gratie si peruenit.*

Hac fragrantia Virtutum B. Virgo non tantum Deum, & totam Curiam cœlestem recreat, verum alios quoque Christi fideles, & maximè sibi peculiariter deuotos, ad currendam viam Domini excitat, vnde clamant, *in odorem vnguentorum tuorum currimus.*

& Serm. de Assumpt.

S C A.

VIRGA MOYSIS. 247

SCALA IACOB.

Vide in Lauretanis: Ianua Cœli,
fol. 126.

ARCA TESTAMEN-
T I.

Vide in Lauretanis. Fœderis arca,
fol. 112.

SPECVLVM SINE MA-
CVLA.

Vide in Lauretanis: Speculum Iusti-
tiæ fol. 42.

VIRGA MOYSIS. *a*
VIRGA IESSE. *b*

Placuit non tantum has duas virgas
coniungere, quæ in Litanijs sese
consequuntur, sed etiam aliarum
qua-

a Exod. 4. *b* Esai. II.